

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

[Einleitung.]

urn:nbn:de:gbv:45:1-10196

CLASSIS QUARTA.

S U P P U R A N T I A.

SUPPURANTIA, seu pus moventia, etiam maturantia, & concoquentia aliis dicta, illa habentur auxilia, quæ suppurationem, vel arcentia, vel retardantia impedimenta removent, eaque, quibus puris generatio perficiatur, requisita ponunt. Evidem aliter hæcce definiri non possunt; quod ipsa natura concoquat, & puris generatio a sanitate superstite dependeat,
BOERHAAVE, *Illusfr. L. B. van SWIETEN*. Cum igitur suppuratione naturæ, non medicamenti, effectus sit, totum quod arte fieri potest, est, ut tollantur illa impedimenta, quæ boni puris, vel in vulnere, vel in abscessu, generationem prohibent, reliqua natura sibi semper sufficiens perficit. **I D E M.**

Indicantur ubi omni resolutionis spe excisa, tumor, calor, dolor, rubedo, & reliqua symptomata in parte inflammata augmentur, non quidem summa cum velocitate, sed continuo tamen incremento, **I D E M.** In hoc vero naturæ medicæ negotio, scrupulosiori attentione opus, ut ea, quæ superaddi debent auxilia, rite intelligentur. Est enim ubi iuvare non postulat: est ubi refrænari, est etiam ubi incitari velit, tum ubi quandoque binas postremas indicationes repletas desideret; unde quatuor suppurantium Classes.

I. Quidem ubi natura sibi sufficit & pars solam ab aere externo arcenda, fovenda mollibus, humidis.

II. Ubì



II. Ubi relaxanda est eadem.

III. Ubi stimulanda.

IV. Deinum ubi, & emolliri, & stimulari simul pars debet.

I. HUMIDA. MACERANTIA.

Dum artis auxilio, nec fræno, nec calcare indigens natura, carere potest, sed inimicus solum arcendus aer est, calor, & humiditas in parte suppuranda conservanda sunt, quæ omnia ex moderamine symptomatum intelliguntur, tum demum hæc indicantur. Forma remediorum, soimenti, cataplasmatiſ.

EX REGNO VÉGETABILI.

Acetosa.

Armeniaca mala cocta.

Avena cum aqua cocta, farina.

Beta.

Brassica.

Cerasa.

Chondrilla.

Cichorium.

Dens leonis.

Endivia.

Fraga.

Hor-

